monasterio locus cano disponeris. Non unum. sed pene duos ab
bates fecisti. mane sicut audio domitium presbiterum.
uespere uero latorem presentium bonum seruum dei. ex
quare aspicio. quomodo dissoluta sit regula monaste
rii. dum nec monachi eiusdem monasterii tibi ad obedien
tiam parati extiterunt. Nec constanter aliquid disponere
potuisti. unde uehementer ingemesco. Quia aliter esse mo
nasterium nostrum quam putabam inuenio. quod ex nulla alia
re euenire ualuit. Nisi quia tua dilectio in regimine suo
inordinata est. Nec grauitate aliquid ualet disponere. sed
modo studet peccantibus leuiter blandiri. quomodo inordi
nate et extra modum nimie irasci. Nam si semet ipsam tene
re in mentis qua debuit ratione potuisset. ipsa eius maturitas habe
ri in reuerentia potuit. et disciplinę in monasterio ordo
seruari. hoc autem deterius factum puto. quod predictum bonum
monachum. de monasterio ut construxit sine mea iussione
tollere presumpsisti. maxime. quia nec etati eius expedi
re suspicor. ut possit in regimine prę esse. Ideoque uolumus.
ut domitius presbiter abbas esse lupus cani monasterii
debeat. eique prepositus lucifer monachus fiat. in cuius
requiescere solatio ualeat. ex nostra itaque auctoritate. haec
te disponere domino adiuuante precipimus. cui dispositioni
siquis presumpserit ingratus existere. ad nos sine dubio
transmittatur. acceptis ergo scriptis nostris. fratrem et co e
piscopum nostrum uictorem. ad lupus cani monasterium tua

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weltberstätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0464